



VII, 21.

2.608^a

acc. appendix de illudis
frankofuran
35

Q. D. B. V.

Ad

ACTUM

ORATORIUM

EXTRA-CATHEDRALEM,

Venerabile

DNN. INSPECTORUM
COLLEGIUM,

Cæterosq; DNN. PATRONOS

&

SCHOLÆ FAUTORES,

In Auditorio majori d. 14. Novembr.

cum DEO instituendum

observanter ac officiosè

invitat.

M. Joh. Hoffmann / Rect.



Nordhuse, Literis Hynitzscianis.

Anno 1692.

ACTUM

ORATORUM
EXTRA-CATHEDRALEM

DIVINISPECTORUM
COLLEGIUM
CANTORUM PATRONOS

SCHOLAE FACTORES
In Auditorio majori d. 14. Novembris
cum Deo assistentibus

M. Joh. Goffmann / Reg.

Vertrag...
Anno 1692



COrpori Solari, oculo mundi lumen fœnerando splendorem affunderem vinoque generosiori hederam suspenderem, ambitiosius paulo si in laudes Eloquentiæ digredi, jam animus ferret eamque multis verborum lenociniis exornare conarer. Præstiterunt id enim jam dudum consummatissimæ eruditionis viri & in palæstra Oratoria exercitatissimi, ut actum agere lateresque lavare omninò viderer, si eloquentiæ elogia atque præconia hisce pagellis illinere animum inducerem. Quò tamen discipulis meis eloquentiæ Candidatis salivam moveam & hæc studia de meliori commendem, operæ pretium me facturum puto, si quædam in dicendi facultatis commendationem, & quidem de ipsius necessitate, dignitate ac utilitate pro spatioli angustia præmiserò & in medium attulero. In quovis vitæ statu & præsertim in studiorum & scientiarum genere eloquentiam apprimè necessariam esse, nemo sanæ mentis diffitebitur. Theologus, Medicus, Jure Consultus, Dux militaris, alique quodcunque vitæ genus sectentur, ad munia sua feliciter peragenda eloquentiâ carere nequeunt. Quis enim sapientiæ doctrinæque usus esse potest, nisi oratione perspicuâ & apta ad usum aliorum convertatur? Proinde necessariò omnibus Studiosis expectanda & acquirenda est hæc dicendi scientia, nisi quis velit fructu studiorum suorum Ecclesiam & Rempublicam nefariè defraudare. Quam honestum etiam eloquentiæ studium & quam egregium Dei donum sit, vel inde patet, quod cœtus hominum tenere, imperitos docere, languentes & afflictos consolari, gestientes comprimere & cupiditates restringere, inimicis repugnare, improbos deterrere, eorum con-

filia aperire, spiritus frangere, *perterritos* timore vacuos,
 reddere, feros & agrestes homines ad *humanitatem* flecte-
 re, innocentes defendere, Rempublicam afflictam ad pri-
 stinam dignitatem revocare, injuriam repellere, seditiones
 & tumultus populi sedare, aliosque effectus notabiles edere
 non sine stupore valeat. Quid enim admirabilius esse potest,
 quam cogitationes tam multas, tam excellentes, tam varias
 atque multiplices orationi commendari? Orationem verò
 exceptam aëre quasi vehiculo incredibili celeritate brevissi-
 mo temporis spatio ad quam plurimos pervenire? ac po-
 stremo per tenuissimos aurium meatus singulari opere arti-
 ficioque perfectos in alienos animos introire atque in eis tam
 perfectè, tam insigniter imprimere speciem suam, ut in
 quemvis motum auditores impellat, inque ipsorum animis
 amoris vel odii, desiderii vel fugæ, gaudii vel doloris, spei
 vel desperationis, timoris vel audaciæ, iræ denique vel man-
 suetudinis aculeos relinquat? Nemini igitur dubium esse de-
 bet, quin eloquentia, cum sit una, teste Cicerone, de summis
 virtutibus, ab illo, qui origo & scaturigo omnium virtu-
 tum, profecta sit, nempe à Deo Opt. Max. cujus dona sunt
 linguarum genera, omnesque sapientiarum & scientiarum
 sermones: Ex quo, per quem & in quo sunt omnia. Quan-
 ta itaque sit eloquentiæ dignitas, etiam ex Homerici orato-
 ris descriptione conspici potest:

Ἄλλὰ θεὸς μορφὴν ἔπεισι τέφει οἰδὲ τ' ἐς αὐτὸν
 πρόμενοι λέουσιν ὁ δ' ἀσφαλῆως ἀγορεύει,
 αἰδοῖ μελιχίη, μετὰ δὲ πρέπει ἀργομένοισι:

Quem Deus eloquio ornavit, spectare solemus,
 Attentique audire omnes, cum dulcia fundit
 Verba verecundè, cives verisque gubernat.
 Consiliis, longè quos inter hic enitet unus
 In dubiis rebus, cum concio magna coorta est.

Nov.

Non multum ab his abluere videtur Latinorum
Poetarum Princeps sic canens:

Ac veluti in magno populo cum sæpe coorta est
Seditio, sævitque animis ignobile vulgus,
Jamque faces & saxa volant, furor arma ministrat,
Tum pietate gravem ac meritis si fortè virum quem
Conspexere, silent arrectisque auribus adstant:
Ille regit dictis animos & pectora mulcet.

Hinc Plutarchus: ut freno circumagitur equus, ut
clavo navis: ita oratione ducuntur homines. Omnium
itaque præclararum rerum Parens & conservatrix est
eloquentia, omnis ætatis, omnium seculorum Princeps
& Regina. Hæc est pacis Comes, otiique Socia & bene
constitutæ civitatis alumna. Nihil igitur eloquentiâ
laudabilius, nihil præstantius, nihil dignius, nihil ju-
cundius esse potest, de cujus jucunditate Romanæ elo-
quentiæ Parens non minus scitè, quàm verè ait: Tanta
oblectatio est in dicendi facultate, ut nihil hominum aut
auribus aut mentibus jucundius percipi possit. Quanta
commoda, utilitatem eloquentiæ si denique spectemus,
ad omnes vitæ status redundant, haud facile dicendo
exprimi potest. In Ecclesia cœlestium dogmatum ex-
plicatio omninò hanc eloquendi vim requirit, quæ aper-
tè, distinctè & copiosè textum biblicum interpretetur
& consuetos usus inde eliciat. In scholis eloquentiæ be-
neficio non artes solum & linguæ instillantur, sed etiam
discipuli ad virtutis tramitem sedulò frequentandum ex-
citantur & quodam adhortationum thyrsò quasi percu-
tiuntur. Rebus forensibus eloquendi facultas maximè
etiam inservit, in quibus sine eâ nihil feliciter peragitur.
Petrus Aldo-brandinus interroganti quis felicissimè

regeret? respondisse fertur: non qui opulentiâ aut ro-
bore plurimum pollet, sed qui eloquio & facundiâ. Ve-
rissimè Alciatus cecinit:

Cedant armatogæ & quævis durissima corda,
Eloquio, pollens ad sua vota trahit.

Quam utilis & necessaria hæc etiam ars Medicorum filiis
sit, non opus esse verbis reor, ubi rerum testimonia
adsunt. In vitâ civili usum quoque non minimum ha-
bet hæc facultas, qua sensu animi exprimere possumus
vel per literarum commercia vel colloquia. Ob hanc
infignem utilitatem & svavitatem veteres eloquentiam
per hyeroglyphicum apis depinxerunt, quemadmo-
dum etiam Homerus de Nestoris eloquentiâ testatur:

ἔκαστ' ἀπὸ σώματος μέλιτος, γλυκίων ῥέειν αὐδῆ.

Ob hanc Xenophon ἀττικὴ μέλιτις est dictus:

Ob hanc Philippus Macedo de Demosthene Græcorum
Oratorum principe dixit, se magis eloquentiam De-
mosthenis formidare, quàm Atheniensium catapultas,
arietes, cæterosque belli apparatus: quâ solâ Pericles
ita permovit populum Atheniensem, ut quasi tonare &
fulminare aculeosque in animis auditorum relinquere
diceretur: ob quam M. Cornelius Cethegus, qui Con-
sul fuit, in bello secundo punico dictus fuit:

Flos populi delibutus svadæque medulla:

Ob quam Cato Censorius Romanus Demosthenes, Ca-
to Grammaticus Attica Siren, Hieronymus Theologo-
rum Homerus & Sturmius Cicero Germaniæ appella-
tus fuit: Quam denique tanti fecit Rex Epirotarum Pyr-
rhus, ut de Oratore & legato suo Cynea, Theffalo, De-
mosthe.

mosthenis Auditore testaretur, plures eum urbes eloquentiâ, quam seipsum armis cepisse. Platonis adhuc infantis ori apes mel ingessisse dicuntur, quo futuram ipsius eloquentiam significatam, haud obscurum fuit præfagium. Hercules Catenâ ex ore pendulâ multos homines auribus alligatos secum âtergo trahere egregio Emblemate fingitur & depingitur. Poëtæ Orphea & Amphiona demulsisse feras & cum arboribus montes traxisse, & saxa ferasque lyrâ suâ movisse fabulantur, ceu inter alios Horatius & Ovidius de ipsis cecinerunt, quo sapientissimum dulcissimæ orationis genus significatum voluerunt. Quam admirabilem igitur & incredibilem efficaciam facultatemque accendendi mentes ad honestatem & gloriam vis eloquendi habeat, ex dictis satis superque constare existimo, & non paucos vel solâ eloquentiâ ad summa honorum fastigia evectos & adhuc evehî experientia testatur. Et nisi etiam tot præmia & emolumenta hæc ars dicendi cultoribus ac admiratoribus suis promitteret & promissâ certo certius præstaret, tot viri sagacissimâ ingeniorum perspicaciâ pollentes ad eam acquirendam tantos labores, non exantlassent omneque ingenii peculium eidem impendissent. Unicum exemplum alligasse sufficiat. Demosthenes in secreto subterraneo loco se exercens corporis gestum & vocem sibi formavit & hæsitantiam ac balbutiem linguæ, quâ ne primam quidem literam ejus artis, (R) cui studeret, proferre rectè posset, coniectis in os lapillis emendavit, ac vocem sibi currendo, scandendo pronuntiandoque adeo confirmavit, ut pleniùs ipso loqueretur nemo. Hinc interrogatus quomodo orator factus esset? respondit: Dum plus olei, quam vini absumerem. Quapropter omnes eloquentiæ Candidati se-

positâ

positâ rejectâque omni socordiâ ardentissimis desideriiis
nobilissimum hoc eloquentiæ studium arripiant certissi-
mèque secum statuant, si modo plus olei quàm vini cum
Demosthene hâc in palæstrâ absument, fore, ut non pœ-
nitendos progressus parvo tempore faciant, & egregios
fructus, quos non tam in fronte, quàm in recessu elo-
quentia promittit, feliciter reportent. Etiam-si autem
ad summam illam & suis numeris absolutam dicendi ar-
tem per ipsorum imbecillitatem adspirare nequeant:
pro viribus tamen eò summâ animi contentione anniti
debent, ut propter communem utilitatem & necessita-
tem qualicunque saltim doctrinâ animum imbuant &
dextrè res animo conceptas & comprehensas explicare
discant, quò & Deo grata dicere Ecclesiæ & Reipubli-
cæ aliquid adjumenti afferre queant. Quem scopum
laudabilem etiam præfixum habent sequentes bonæ in-
dolis adolescentes, secundum materiarum connexio-
nem locati, qui ob styli latini exercitium secundum sup-
peditatas dispositiunculas tyrocinia sua in prosa & ligata
exhibere conabuntur, quorum nomina sunt:

1. CASPARUS HEINRICUS Otto/ Saxensis PRO-
LOGI vices subiturus causasque expositurus, cur hic
Actus justo diutius fuerit dilatus.
2. CHRISTIANUS GÜNTHER Östiger/Baderen-
sis, de laude eloquentiæ dicturus.
3. JOHANNES HERMANNUS Reichenbecher /
Rasseburgensis actus oratorios & comicos latino me-
tro commendaturus.
4. JOH. MICHAEL. Hoffmann / Königseâ-Schwarz-
burgicus Illustrissimo Comiti ac Domino, DN. LUDO-
VICO FRIDERICO, de novo Hærede masculino in to-
tius

tius patriæ gaudium à Deo nobis donato post liminiò latinis
versibus gratulaturus.

5. JOH. GEORG. Schilling / Uderslebia-Schwarzburg.
natalem Illustrissimi Comitis & Domini, DN. LUDOVICI
EPIDERICI &c, celebraturus & cum vite comparaturus.

6. JOH. ANTONIUS Mack / Francohus. Cancellarii
& Consilarii virtutes descripturus cum gratulatione ad no-
vum cancellariæ nostræ Directorem splendidissimum di-
rectâ.

7. GOETOFREDUS CUNO, Magdeburgensis, de lau-
de justitiæ peroraturus.

8. JOH. ERNESTUS Greding / Vinariensis autumnum
carmine Heroico laudaturus.

9. RUDOLPH. WILHELM Majus, Ziktavia-Saxo tempo-
ri inserviando commilites oratione adhortatoriâ, ne ob hye-
mis inclementiam studia negligentius tractent, excitaturus.

10. JOH. NICOLAUS Fuchs / Ezlebiensis EPILOGUM
annexurus.

Ad has igitur oratiunculas levi puerilique stylo ela-
boratas odâque germanica ab instituto nostro non alienâ à
Dn. Cantore nostro compositioni musicæ inclusâ finiendas,
venerabiles DNN. INSPECTORES, Patronos Scholæque
Fautores observanter officioseque invitatos velim submissè
rogitando ut præsentia sua honorificâ in Scholæ & juventutis
gratiam Actum hunc condecorare erroribusque styli, qui-
bus omnibus mederi non licuit, benignam veniam, conce-
dere haud dedignentur. Hoc benevolentiae genus quî com-
pensetur, nihil intermissum iri sanctè polliceor. P.P. Fran-

cohusa Dominica XXV. post Trinitatis, A.

clò Ioc LXXXII.

P.S.

P. S.

HAnc Scriptiunculam ad typographiam jam jam missurus, in plateâ homines incendium in media urbis parte, locoque periculofissimo exortum clamitant. Accurrens aliquas ædes & stabula mediis in flammis conspicio & citra dubium Vulcani rabies plures absumpfisset, nisi tempestivus hominum succursus Herculeusque labor per Dei gratiam eidem restitisset. Et hæc causa est, quod allegationes, quas margini inferendas more solito reservaveram, ob supellectilis literarii distractionem jam non liceat addere, unde veniam à B. L. me impetraturam confido. Ne autem in exhaustæ hujus divinæ Bonitatis in Schola nostra immemores videamur, JOH. CASPAR DANIEL Francohus. propter hoc præsentissimum periculum supremi Numinis clementiâ averruncatum oratiunculam eucharisticam, extra oleas licet, recitabit.

Benevolum autem Lectorem hac occasione id nescire nolui, quòd Francohusa nostra inter sesquiseculum quindecim incendia experta fuerit, quæ cum in mea dissertatiuncula physico-politico-historico-theologica de incendiis ante triennium actui oratorio Hebraico-Græco-Latino-Germanico extra cathedrali actuique comico de eadem materia præsentè Illustrissimo Comite ac Domino, DN. LUDOVICO FRIDERICO Comite ac Domino nostro clementissimo à XXXV. Scholæ nostræ alumnis instituto, præmissâ, omnia & singula incendia Francohusana occasione inquirendi destitutus non annotaverim, reliqua ex communicatione DN. CASPARI WILHELMI SCHMELZERI, Consulis optimè meriti fermè octogenarii, antiquitatumque Francohusanarum probe memoris, in illiteratorum gratiam germanicè hic annectere haud pigrabor.

A. 1546.

A. 1546. am Tage Michaelis ist auf hiesigem Marckte ein Brandt
entstanden / wie die Fahr. Zahl an etlichen Häusern / so im selbigen Jah-
re wieder aufgebauet worden / annoch zu sehen.

A. 1554. den 11. Julii des Nachts auf dem Tag Kiliani ist ein grosser
Brand vom Northäuser Thore an bis in die lange Gassen entstanden /
de quo incendio disticha sequentia lapidi in ædibus Heslin-
gianis conspicuo insculpta leguntur :

Nox erat undecima Julii cum quatuor annis
Quindecies ierant secula, lustra decem,
Optima pars urbis flammis perit: Hanc precor Andres
Zifleisch, quam posui, protege Christe domum.

A. 1589. den 17. Julii sind auf dem Anger in der Rosen-Gasse und
selbiger Gegend 24. Häuser in Feuer aufgegangen.

A. 1603. sind auf dem Plane 4. Sölden abgebrandt.

A. 1612. ist ein Feuer im Eckhause unten in der langen Gasse nach
der Schmiede-Gasse zu / auskosten / dadurch ein Haus ruiniret worden.

In diesem Jahre ist auch des Schössers Offeneyen / und Günther
Löhnerts Scheune / durch einen böshafftigen Menschen angestecket
worden.

A. 1632. den 25. Septemb. ist in der Kloster-Gassen der grosse Brand
entstanden / de quo B. M. Andreas Lorey / primò hujus Scholæ
Rector, postea Diaconus præclarè meritus, sed qui tandem
ut Superintendens designatus A. 1636. peste obiit, calenda-
rio hujus anni, quod unâ cum universa ipsius bibliothecâ &
MSS. emtionis titulo possideo, suâ manu hæc inscripsit. Heu-
te zu Mittag um halb 11. Uhr ist in der Kloster-Gassen an meinem
Pfarr-Hause eine Larre in der Kentmeisterin Hause angangen / und
hat durch die entstandene Feuers-Brunst in der Unter-Stadt innerhalb
2. Stunden 58. Häuser und Scheuren hinweggenommen / darunter
meines gnädigen Herrn Schein Hoff / in welchen an 1600. Schock Ge-
treidig aufgangen / it. das Superintendentis Haus / die Mädgen-
Schule / das Kirchhaus / Kirchen und Schulen aber / it. meines und
Herrn

Herrn Heinrichs Pfarr-Häuser sind durch sonderbahren Schirm un-
sers lieben Gottes errettet und erhalten worden / dafür Gott Lob und
Dancf gesaget / der wolle uns für solchen und dergleichen Unglück in
Gnaden ferner behüten.

A. 1634. den 24. Oct. ist Stephan Schafs und Catharinen Disco-
riussins Haus in der Ritter-Sassen durch einen Soldaten Knecht aus
Verwahrlosung angestecket.

A. 1649. im Martio ist die Schmiede auf dem Plane abgebrandt /
und hat das Feuer keinen weitem Schaden gethan.

A. 1669. den 19. Martii entstunde Nachts um 2. Uhr der Brandt
auf dem Unger / dadurch 5. Häuser nebst Scheunen und Ställen in die
Asche gelegt worden.

A. 1686. eod. mense kam in Fleisch-Bäncken ein gefährlich Feuer
aus / so aber / Gott Lob / bald gedämpffet wurde.

A. 1689. entstunde der grosse Brand / dessen traurige Vestigia noch
zu sehen / von welchen in erwehnter Dissertation de Incendiis ich
ausführlich gehandelt.

A. 1689. den 26. Septembr. entstunde in einer Sölde des Nachts
ein Feuer / so aber / Gott Lob / nicht weiter um sich fraß.

A. 1692. den 8. Nov. um 11. Uhr Mittages ist gegenwärtige Feuers-
Brunst aufgegangen. Andere Feuers-Gefahren / so öftters in Feuer-
Mäuren entstanden / jeko zu geschweigen. Gott wende künf-

tig diese und andere Gefahr von uns in Gna-
den ab!



Hierbey wird nicht undienlich seyn / allen Brandbeschädigten
zum Trost / den schönen Brieff beyzufügen / welchen vor Zei-
ten Thomas Morus wegen erlidtenen Brandschadens an sein
Weib geschrieben. Dieser Thomas Morus weiland Cansler
in Engelland ist berühmt wegen seiner ausbündigen Ge-
lahrsamkeit / sonderlich aber wegen seines Buchs Utopia
genant / darinnen Er ein wohlbestelltes Regiment vorbilden
wollen. Dieser Cansler aber ist auf Befehl seines Königes
Henrici VIII. weil Er in dessen Ehescheidung nicht willigen
wollen / im hohen Alter Anno. 1535. den 7. Julij enthauptet
worden. Als erwehnter Morus einmal wegen einer Le-
gation abwesend war / unterdessen aber ein entstandenes
Feuer seinem Hause und Vorrath grossen Schaden gethan /
welches als Ihm solches von seinem Weibe berichtet wur-
de / schrieb Er diesen Trost-Brieff zurücke ; Meine liebe
Frau Aloysia, ich vernehme / unsere / und etlicher Nachbarn
Städtel und Scheuren seyn samt allen Getraid verbronnen.
Es ist zwar umb solche menge Traids ein leidiger Verlust /
doch ist von Willen Gottes nicht einzureden / dieweil es dem
also gefallen / müssen wir nicht allein gedultig / sondern auch
gern und gutwillig diese über uns ausgestreckte Hand Got-
tes leiden. Es geschehe der Wille des HErrn. Was wir
verlohren haben / das hat der HErr alles gegeben. Weil Er
aber solches wieder hinweg genommen / so geschehe des HErr-
ren Wille. Wir sollen darwieder nicht murren oder un-
willig werden / sondern gern und gutwillig übertragen /
und Gott grossen Danck sagen / so wohl in Wiederwärtig-
keit als in Wohlfahrt. Ja wenn wirs recht wollen aus-
rechnen / und bedencken / so ist dieser Schade eine grössere
Volthat Gottes / als sonst weiß nicht was für ein grosser
Gewin.

Gewinn. Denn was sich zu unserm Heil schiecke / das weiß
Gott besser als wir. Ich bitte euch derhalben / fasset ein
gutes Herz / und führet das Haußgesind mit euch gen Kir-
chen / und saget Gott danck / so wol umb das / was er uns
geben / als umb das / was er uns genommen und was er
uns noch übrig gelassen. Es ist Gott eine leichte Sache /
wans ihm gefällig / dasjenige zu mehrer / was er uns noch
nicht hinweggenommen. Wil Er uns noch mehr nehmen /
so geschehe es / wie es dem HErrn gefällig. Man woll auch
nachfrage halten / was für Schaden die Benachbarte gelit-
ten / und sie ermahnen / sie sollen deswegen nicht traurig seyn /
denn ich will nicht geschehen lassen / daß meine Nachbarn mei-
nes Unglücks und Schadens entgelten sollen / wenn schon
mein Hausrath bis an einen einzigen Löffel soll ausgeplün-
dert werden. Ich bitte euch liebe Aloysia, sampt unsern
Kindern und ganken Haußgesind / seyd frölich im HErrn.
Diß alles / und wir alle sind in Gottes Hand. Am Wil-
len Gottes sollen wir gänglich hangen und haften / so wird
uns kein Unglück jemals schaden können / hiermit Gott be-
fohlen. Datum Wollstock / aus Königshoff den 13. Sept.
An. 1529. Nun sehet wie der mildreiche Gott diesen Scha-
den wieder ersetzt habe. Im Septembr. kam dem Moro die
traurige Post / im nechstfolgenden Octobr. wurd Er darauf
Cantzler durch ganz Engelland: hat auch nicht allein neue
Würdigkeit / sondern auch neuen Reichthumb und Güter
überkommen / Vid. Reflexiones politico-
consolatorias Schüzii JC: c. 8. it. Zeileri
Epist. 652. p. m. 800.



1017



Pon 3/6. 80. sa

ULB Halle 3
002 710 218


S. 6.

Me





Q. D.
ACT
ORAT

EXTRA-CAT

Vene

DNN. INSP
COLL

Cæterosq; DNN. I

SCHOL

In Auditorio ma
cum DEO

observant

M. Joh. H



Nordhuse, Li
Anno

